



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

27. An qui audit duas partes Missæ successiuè. diuidendo partes
substantiales, satisfaciat præcepto? Et docetur non satisfacere præcepto
Confessarij de audiendis Missis duabus, illum, qui simul ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

posteriori. Difficultas est in casu proposito, quando prius ab vno sacerdote audio posteriorem partem, & deinde ab alio priorem, & neminem inueni hic dubium petraclate, nisi Turrianum in *selectis disp. part. 2. disp. 16. dub. 7.* vbi obseruat in tali casu non paucos viros doctos existimare, non esse graue peccatum hoc facere, quando non est magna interruptio temporis, quia solum adest hic inuersio temporis, quae non videtur magna deformitas, sicut dicunt Doctores de inuersione ordinis in recitatione Horarum Canoniarum, & dictus Turrianus non audeat damnare hanc sententiam, sed relinquit iudicio Doctorum. Et ego, vt verum fatear, etiam non audeam damnare de peccato mortali sic audientem Missam.

2. Nota tamen hic obiter contra Turrianum nimis quidem audacem in censurandis opinionibus, non esse improbabile, vt ipse putat *vbi supra*, posse aliquem adimplere praecipuum audiendi Missam sine graui violatione, si simul tempore audiat à duobus Sacerdotibus ab vno à principio Missae vsque ad consecrationem, ab altero simul tempore à consecratione vsque ad finem, quod probabiliter praeter Doctores quos citauit in *part. 2. tract. 17. res. 18.* docet ex eadem Societate Hurtadus de *Sacrament. tom. 2. de sacrificio Missae, disp. 5. difficult. 4.* & Faustus de *Euchar. lib. 2. quest. 389.* qui etiam docet posse aliquem eodem tempore tres Missas audire, & satisfacere praecipuo, voto, & poenitentiae iniunctae de audiendis tribus Missis. Turrianus verò *loco citato* negat, quod si imponatur à Confessario poenitentia audiendi, verbi gratia, duas Missas, poenitentem satisfacere, si velit duas Missas simul tempore audire à duobus Sacerdotibus.

RESOL. XXVII.

An qui audit duas partes Missae successiue, diuidendo partes substantiales, satisfaciat praecipuo?

Et docetur non satisfacere praecipuo Confessarij de audiendis Missis duabus, illum, qui simul tempore ambas audiret, quod aliqui etiam asserunt de illo, qui ex voto, vel poenitentia sibi iniuncta tenetur audire tres Missas, aut plures?

Et quaeritur, an essentia Sacrificij consistat in sola consecratione? Ex part. 8. tr. 7. & Misc. Ref. 89.

§. 1. Negatiue respondet Raphael Auerfa de *Sacram. Euchar. quest. 11. sect. 19.* vbi sic ait.

Item animaduertendum est non satisfieri posse audiendo successiue partem vnus Missae, & partem alterius, si in vna parte continetur consecratio, & in alia sumptio, quia sic non assistit quis vni integro sacrificio: nec ex parte vnus, & parte alterius perficitur vnum moraliter sacrificium. Et hoc ita esse videtur, etiam si quis seruato ordine harum partium, prius assistat consecrationi vnus Missae, & postea sumptioni alterius; quia ex iis non constituitur vnum moraliter sacrificium. Multò magis id apparet, quando prius quis assistit sumptioni vnus Missae, & postea consecrationi alterius. Sicut si Sacerdos quis sumeret de corpore, & sanguine Domini consecrato in alia Missa, & deud consecraret, sed non sumeret, vtique non diceretur ex hac duplici parte conficere vnum integrum sacrificium. In casu autem illo quo alius Sacerdos supplet defectum alicuius, verè est vna Missa, & vnum sacrificium, & omnes assistentes satisfacerent praecipuo: quia haec vnitas non consistit essentialiter in vnitate ministri, sed in vnitate morali ministerij, dum eadem victima plene, & perfecte sacrificatur per consecrationem & sumptionem. Et inter has duas ordo est de essentia,

Sup. hoc in Ref. seq. & in Ref. seq. 67.

Sup. hoc in Ref. seq. & in Ref. seq. 67.

Sup. hoc in Ref. seq. & in Ref. seq. 67.

quia in hoc consistit ratio huius sacrificij, vt idem Sacramentum prius conficiatur, ac postea consummetur.

2. Bene tamen admitti potest satisfieri, si quis assistat vni Missae quoad totam substantiam sacrificij, id est, à consecratione ad finem, & alteri Missae quoad alias orationes & lectiones, vt ab initio ad partem proximam consecrationi. Et in hoc vnitas & ordo non est de essentia, sed procedit illud exemplum de Horis Canonis. Atque in hoc potissimum sensu loquuti videntur vt plurimum Auctores prioris sententiae, dicunt enim quando peruenit quis ad Ecclesiam proximè ante eleuationem vnus Missae, & consequenter assistat alteri vsque ad eleuationem exclusiue. Sed tamen hoc ipsum non laudatur, nec à veniali culpa excusatur, si absque rationabili causa contingat. Huc vsque Auerfa.

3. Sed licet haec opinio ingeniosa, si tamen Doctores absolute asserunt ad obseruantiam huius praecipui, satis esse integram Missam audire, etsi pars ab vno, & pars ab altero sacerdote audiat, & non distinguunt, an vna pars audienda debeat continere consecrationem & sumptionem, nec ne. Adde quòd aliqui satis probabiliter asserunt essentiam sacrificij consistere in sola consecratione.

4. Nota etiam hic obiter P. Lugo de *Sacrament. Eucharist. disp. 2. num. 10.* & Turrianum in *selectis, part. 2. disp. 16. dub. 7.* docere, non satisfacere praecipuo Confessarij de audiendis Missis duabus, illum, qui simul tempore ambas audiret, quod aliqui asserunt, etiam de illo, qui ex voto, vel poenitentia sibi iniuncta tenetur audire plures Missas; sed probabile etiam quoad hoc vltimum contrarium esse, tenet Molfesius in *summ. tom. 1. tract. 7. cap. 17. n. 36.* Hurtadus de *Sacram. Euchar. disp. 5. difficult. 4.* & alij. Verum resolutio doctorum dubiorum videtur mihi dependere ex intentione vouentis, vel Confessarij, quae potest esse accommodata ad hoc vt satisfaciat plures Missas simul audiendo, quia reuera percipi sic potest fructus Missarum.

RESOL. XXVIII.

An Petrus satisfaciat praecipuo Missae, qui eodem tempore Sacramentum duorum Sacerdotum media ex parte audit, nempe Missam vnus Sacerdotis vsque ad consecrationem, & Missam alterius Sacerdotis à consecratione vsque in finem?

Et quòd, si has duas dimidiatas Missas audiat successiue, quamuis non seruet ordinem?

Et an, qui duplicem Missam audire tenetur, possit eas simul audire, dum ea in duplici Altari simul celebrantur? Ex part. 2. tr. 17. & Misc. Ref. 18.

§. 1. Respondeo hoc successiue fieri posse, vt si quis veniens ad Ecclesiam tempore eleuationis Missae reliquum illius audiat, postea partem alterius vsque ad eleuationem. Sic Nauar. *cap. 21. n. 2.* Emanuel Sa *ver. Missae auditio, n. 2.* Sorus in *4. disp. 13. quest. 2. art. 1.* Henriquez *lib. 9. cap. 25. n. 8.* Barthol. ab Angelo de *Missae, §. 782.* & alij communiter, qui asserunt hoc facere, solum esse peccatum veniale, sine iusta causa.

2. Tota ergo difficultas est, an hoc sit licitum in eodem tempore. Negat Reginaldus *rom. 2. lib. 19. cap. 2. quest. 3. num. 26.* vbi ait. Caterum videtur omnino tenendum, Missae auditionem non integrari sufficienter per duas medietates, quando quis vniam medietatem audit ab vno sacerdote, qui Missam incipit, & eodem tempore alteram medietatem, ab altero sacerdote, qui est in medio Missae, nam consuetudo in

Sup. hoc supra in Ref. 24. §. 1. prope finem, & in aliis eius not. Et sup. contento in hoc §. vlt. in Ref. praeterea prope finem, & infra in Resol. 25. etiam prope finem, vel si posse, etiam pro voto contento in hoc §. in iisdem locis, & in aliis Ref. & §. corum annotationum.

Sup. hoc supra in Ref. 26. §. 1. & in Ref. 27. à principio.

Sup. hoc in Ref. seq. & in Ref. 1. post seq. Et qui dem. & à §. Relinquendo, vsque in finem. Sed lege eam per totam; & su-